ÆRARIUM
DIVINI AMORIS
LOCUPLETISSIMUM

HOC EST DISCURSUS VARII EXQUISITI

IN QUIBUS PER TRACTATUS ORDINE DIGESTOS
AD VERBUM DEI FRUCTUOSE ET FACILITER PRÆDICANDUM
DE PASSIONE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI
ET DE SACRATISSIMA EUCHARISTIA
MATERIÆ MORALES SUBMINISTRANTUR
ET AD PLENUM DIGERUNTUR

R. P. JOSEPHI MANSI
CONGREGATIONIS ORATORII
ROMANI PRESBYTERI

EX AUREA BIBLIOTHECA MORALI PRÆDICABILI

COLLIGEBAT

Z.-C. JOURDAIN

PRESBYTER AMBIANENSIS



UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON
Biblioteca Valverde y Tejeda
Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria

PARISIIS
APUD HIPPOLYTUM WALZER, BIBLIOPOLAM EDITOREM
7, VIA VULGO DICTA DE MÉZIÈRES, 7

MDCCCXCII

45259

BT430
.M36
1892

FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

AD LECTOREM

Inter materias morales quas studiose compilavit erudissimus ac piissimus R. P. Josephus Mansi Oratorii romani presbyter, et per modum tractuum et discursuum distribuit et fusius extendit, tractatus de Passione Domini nostri Jesu Christi ac de sacratissimo Altaris sacramento selegi de novo in lucem edendos : nullos enim utiliores magisque Prædicatoribus Verbi necessarios esse judicavi, si quidem beatus ipse Doctor Gentium protestatus est dicens : *Non enim judicavi me scire aliquid inter vos nisi Jesum Christum et hunc crucifixum* (I Cor. II, 2). Sacrificium autem Altaris idem est ac Crucis sacrificium, nisi quod incruenter offertur. Et ipse Dominus noster sic ait : *Hæc est vita æterna : ut cognoscant te, solum Deum verum, et quem misisti Jesum Christum* (Joan. XVII, 3). Multifariam quidem multisque modis nobis se præbuit cognoscendum Deus : in Passione tamen Filii gratia ejus, et bonitas, et justitia, et magnitudo et potentia manifestius clarificatæ sunt. Quod idem dicendem de sacratissimo Altaris sacrificio ac sacramento.

Necessarium ergo sæpe sæpius habent Præcones divini sermonis, de iisdem materiis verbum facere, nec omnibus datur locupletiores visitare bibliothecas, et ex ipsismet fontibus haurire aquas SS. Patrum, quas tamen hic abunde et sine magno pecuniarum vel temporis dispendio, hoc in opere invenient ; unde in multos annos fructuose ac erudite prædicandi divitem materiam habebunt.

Hanc sententiam S. doctoris Francisci Salesii auctor sibi proposuit regulam : « Finis prædicatoris unicus hic esse debet, ut peccatores per iniquitates suas « mortui ad gratiæ vitam redeant : justi vero qui vita spirituali feliciter gau- « dent, sese magis magisque perficiendo abundantius eamdem possideant. Deni-

008648

AD LECTOREM.

« que quemadmodum Deus Jeremiæ prophetæ præcipit, ut evellat, et destruat « vitia et peccata, et ædificet et plantet virtutes et dona vitæ perfectioris. »

Auctor se fatetur non multum elegantiæ, artificioseque dicendi modis, seu rhetoricismis studuisse, quanquam non desit eloquentia. Procedere maluit stylo simplici, brevi et nitido, quantum quidem ad exprimendam veritatem, non autem exornandam dictionem serviebat, nihil tibi melius, nihil utilius se facturum ratus quam quod materiarum prædicabilium ex Scriptura sacra, sanctis Patribus, sacris Interpretibus et aliis bonis, probatisque Auctoribus, qua antiquis, qua recentioribus collectam subministraret auream simul ac locupletissimam.

Ambiani, die IV Januarii Anni 1892.

Z. JOURDAIN,

Presbyter.

INDEX CONCIONATORIUS

SEU

IDEÆ SERMONUM TOTIUS ÆRARII DIVINI AMORIS

PARS PRIMA

DE PASSIONE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI TRACTATUS NOVEM

TRACTATUS PRIMUS

DE ASSIDUA MEDITATIONE PASSIONIS DOMINI NOSTRI ET EFFECTIBUS ILLAM CONSEQUENTIBUS

DISCURSUS I.

CHRISTUS SOLLICITE UT PASSIONEM EJUS ATTENTE MEDITEMUR A NOBIS REQUIRIT, ET QUANTUM IDIPSUM EI PLACEAT.

IDEA SERMONIS. — 1. Christus nos invitat ad considerandum ejus amarissimam passionem. — 2. Excessiva acerbitas passionis Christi incomprehensibilis et ineffabilis est. — 3. Christus vult ut passionem ejus meditantes, ipsi compatiantur. — 4. Cur aer, tempore crucifixionis fuerit obtenebratus. — 5. Et Christus moriens alta voce clamaverit. — 6. Qui mentem meditationi passionis sedulo applicant, maximam ipsius experiuntur benevolentiam. — 7. Jugis meditatio Christi passionis et B. Virginis compassionis gratiosiores sunt Christo omni alio exercitio spirituali. — 8. Christus specialiter benedicit meditantibus passionem suam. Pulchra exempla. — 9. Christus mentibus fidelium passionem suam imprimere omni modo conatur. — 10. Eucharistia instituta est a Christo ad rememorandam ipsius passionem. — 11. Sacerdos vestibus sacris indutus repræsentat Christum patientem. — 12. Distributio horarum canonicarum repræsentat passionem Christi. — 13. Sacrificium Missæ quod omni momento per totum mundum incessanter offertur, semper nobis refricat memoriam passionis Christi. . . Pag. 1

DISCURSUS II.

CHRISTUS PASSIONEM SUAM CORDIBUS NOSTRIS VIVACITER IMPRIMI DESIDERAT; IDQUE MULTOS FECISSE, VARIIS EXEMPLIS PROBATUR.

IDEA SERMONIS. — 1. Passio Christi cordi nostro medullitus imprimenda, et meditanda est jugiter, ex qua meditatione novem consequimur præclaras utilitates. — 2. Meditatio passionis valde fructuosa est. — 3. Varia afferuntur exempla passionis Christi fervide et fructuose meditantium. — S. Francisci; S. Anselmi; S. Bonaventuræ; S. Catharinæ Senensis. — 4. S. Franciscæ Romanæ. — 5. B. Henrici Susonis. — 6. P. Simonis Rodriguez, Alexandri Card. Ursini. — 7. S. Elisabeth de Spalbeck; alicujus viri fidelis et boni. — 8. Cujusdam prioris ex ord. S. Dominici. — 9. Alicujus puellæ sanctissimæ. — 10. V. Sororis Ursulæ Benincasæ. 5

DISCURSUS III.

CRUCIFIXUS REDEMPTOR NOSTER SUB LIBRI CUJUSPIAM FIGURA CONSIDERATUR.

IDEA SERMONIS. — 1. Christus crucifixus est liber magnæ doctrinæ. — 2. Ex hoc libro hausit S. Bonaventura omnem scientiam. — 3. Patibulum crucis est cathedra Christi docentis. — 4. Christus crucifixus in sacra Scriptura sæpe nomine libri designatur. — 5. Liber scriptus intus et foris est Christus sedens ad dexteram Patris. Passio Christi est ditissima mysteriis et sacramentis. — 6. Adducuntur similitudines inter Christum crucifixum et librum. — 7. Christi Passio fuit lectio S. Pauli Apostoli, quem librum etiam Job desiderabat legere. — 8. Multæ sanctæ virgines hunc librum evolverunt. — 9. S. Paulus sedulo pervolvens hunc librum evasit in maximum doctorem. Item et alii multi. — 10. Hunc librum legere possunt docti pariter et indocti. — 11. Mira hujus libri præconia. Cur librum hunc sapientes Judæorum legere noluerint. 8

DISCURSUS IV.

MEDITATIO MORTIS CHRISTI INSIGNE EST AD PERFECTIONEM INCENTIVUM, SIQUIDEM ANIMAS IN DIVINO SERVITIO EFFERVESCERE FACIT.

IDEA SERMONIS. — 1. Passio et mors Christi extimulat nos ut Deo vivamus et ad perfectionem vitæ tendamus. — 2 Passio Christi tanquam fasciculus myrrhæ cordi applicanda. Hoc fecit S. Bernardus ab initio conversionis suæ. — Christus ad ostium speluncæ S. Mariæ Magdalene fixit crucem. — 3. Meditatio passio